



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 181. Quæ sint obligationes pensionarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

An possessio primi serviat secundo, vide dicenda n. II69.

1155 Q. 181. *Qua sint obligationes pensionarii. R.*

§. I. Si non sit in possessione percipiendi, tenetur probare, quod pensio non excedat debitam quantitatem: item ostendere litteras reservationis & verificare qualitates in reservatione pensionis appositas: item probare possessionem ac jus illius, qui primo consensit pensioni. Vide *Leur.* p. 3. q. 534. & seqq.

1156

§. II. Sub onere non faciendi fructus suos sed restituendi tenetur quotidie orare officium B. Virginis, ex *Constit. Pii V.*, quam usu receptam esse testantur AA. communiter apud *Leur.* q. 537. contra *Valent. Cuch. Vivald.* & alios: & hanc obligationem esse sub mortali, docent *Graffis* & alii, teste *Lotterio* l. 1. q. 45. n. 16. Manetque hæc obligatio, etiamsi dimiserit partem pensionis, aut consenserit totam redimi, uti tenent *Azor* & alii, contra alios. Excipit *Bonac.* de *Horis* d. 1. q. 2. p. 4. à n. 8. illum, 1. cui reservatur pensio in commodum alterius, solus enim ille tenetur, qui fruitur. 2. Cui reservatur, vel tanquam laico, vel absque prævia conditione status Clericalis. 3. Qui recitat *Horas Canonicas*, etiamsi ad has aliunde obligetur: Addit *Bonac.* n. 11. eum non ampliùs obligari, cui auctoritate Apostolicâ est redempta pensio, quia *Pius V.* obligat solos pensionarios, qualis hic non est, cum dimiserit jus pensionis: aliud est, si auctoritate propriâ admittat tantum aliquas anticipatas solutiones.

1157

§. III. Non tenetur superfluos fructus pensionis impendere in pios usus, sed potest pro libitu de eis disponere, etiam per testamentum, quia *Canones* aliter disponunt de solis fructibus beneficiorum, *Corvarr.* T. 2. l. 1. c. 15. n. 13. *Menoch.* de arbit. Jud. l. 2. cas. 172. n. 8. *Tusch.* Tom. 6. concl. 267. *Vasq.* de elemos.

deemof. c. 4. d. ult. n. 22. Ricc. praxi var. Ref. II7.
 Naldus v. pensio n. 5. & v. fructus n. 7. Galetius
 margar. cas. v. fructus, Lugo de redd. Eccl. d. 4. n.
 32. Binsf. Ench. p. 4. c. 13. Redoan. de reb. Eccl. non
 alien. q. 53. c. 3. n. 1. & 8. Az. p. 2. l. 7. c. 9. q. 12. Re-
 gin. l. 30. t. 3. c. 7. n. 91. Gigas de pensio. q. 52. Ze-
 rol. prax. Episc. p. 2. v. pensionarius n. 2. Trull. in
 Decal. l. I c. 5. d. 9. Vallensis de Benef. l. 4. tit. 12.
 n. 13. Taber. p. 2. t. 2. c. 3. q. 10. Leur. q. 539. contra
 Tb. Hurt. Ref. mor. l. 2. n. 649. & alios. Videtur ta-
 men illicitum plures pensiones, quarum singulæ ad
 sustentationem sufficiant, simul habere, uti colligi
 potest ex dictis à n. 897., tenentque Azor & Leur.
 q. 540.

§. IV. Tenetur pro rata pensionis contribuere
 ad onera beneficii, nisi Papa addiderit, ut pensio sit
 libera, immunis & exempta, Az. Barb. Lott. Vide
 Leur. q. 541. & seqq.

1158

Q. 182. Ad quid teneatur beneficiatus, cujus
 beneficio annexum est onus pensionis. R.

1159

§. I. Tenetur sub mortali hanc solvere, quia ac-
 cepravit beneficium cum hoc onere, Az. Garc.
 Barb. Castrop. Leur. p. 3. q. 544. ; Non tamen te-
 netur, per se loquendo, quamdiu beneficium non
 obtinet nec percipit fructus, si per eum non stet, quia
 fructibus propriè imponitur pensio, Paris. Fill.
 Tond. Lott. Leur. q. 545., unde etiam si invalidè
 teneat beneficium, si obtineat fructus, tenetur, quia
 obligatio solvendi pensionem non fundatur in titu-
 lo beneficii sed in perceptione fructuum, Garc. Fill.
 Barb. Corr. Leur. q. 546. 549. & seqq. Hinc etiam
 qui dimisit beneficium, cui imposita erat pensio, per
 se loquendo non ampliùs tenetur ad pensionem, sed
 alter, qui beneficium accipit, etiam si invalidè, si mo-
 dò fructus percipiat, Gamb. Mandos. Bursat. Gig. Pa-
 ris. Garc. Leur. q. 547.

§. II.